



D E

REVOLUTIONE

ANNORVM, MENSIVM, ET DIERVVM,
ad dies Criticos, & ad electiones Liber.

PROOEMIUM.

IONGA satis serie à nobis pertractatum est de futurorum generibus & qualitatibus, sed cum distinctio temporum rei veritatem indicet (nam cunctis cuncta conueniunt aut non) fit, ut solum in genere estimatio collocetur Astrologia. Si temporum determinata conditio auferatur, multa etiam ab euentibus vniuersalibus permutantur, quorum ratio ex singularium genituris omnino non pendet nam non potest unum genus mortis, tot tantisque viris, diuersis regionibus temporibusque ortis, vna hora conuenire, nisi à quadam vniuersali causa complectantur. Ideo ratio etiam vniuersalium semper habenda est, Eclipses etiam & Coniunctiones siderum, diuersitatem aliquam operantur in vniuersali. Nihil autem est vniuersale, nisi quod conficitur ex singularibus. Cum ergo hæc sint causa præter natalitias figuras, & reuolutiones, non tantum etiam extendantur, si in ipsis etiam contigerint: (quod tamen rarum est) necessarium est super ingressus talium, aliquam seiunctam ab his habere demonstrationem. Ipsas vero reuolutiones, non vnius generis diximus esse sed singulum illorum generum distincte prosequendum. Hanc etiam ob causam dies Criticos explicandos, quæ ratione proueniunt, quæ ratione iudicentur. Videtur enim Galenus in ipsis maximam auctoritatem posuisse atque hoc modo facile quisque modum eligendi intelliget, cum promissis speranda ex tempore coequauerit. Eorum autem quæ quaruntur, tria sunt genera: Manifestum, ut in octuagesima genitura dignitates, Obscurum, ut multa contingentia parui momenti, quæ nulla arte assequi licet. Medium, ut artes

natorum.

CAPVT I

De modo generali reuolutionum.

Recta cœli figura, planetas diligenter dispones, sed maxime Lunam, nam Solis annorum reuolutionibus; & Lunæ, & ascendens, vsque ad minima diligens ratio habenda est, hæc est ratio reuolutionum annorum in paucis annis: nam in pluribus, Solis locum diligenter examinabis, ne te ratio mortis angis fallat, vnde plures annos voco, qui 200. excedunt.

Post hæc singulo mense tempus præcise notabis, quo Luna ad eundem punctum peruenit, in quo in reuolutione anni fuit, & hora illa figuram eriges, & planetas collocabis, eruntque in anno, vltra primam anni & mensis primi reuolutionem, reuolutionis 13. sed vltima est imperfecta.

Post hæc, in vnoquoque, loca quadrata per gradus & mi. & secund: obseruabis, & locum oppositum, & cum Luna in locis illis fuerit, erigit figuram, eruntque in vnoquoque mense, à figura mensis, tres aliæ fi-

Tom. V.

gura.

Post hæc obseruabis ascendens illius temporis, in quo Luna est in vno locorum, & eriges quotidie figuram cum illo ascendente, & illud erit ad horam vsque reuersionis Lunæ ad alium punctum in quadratura existentem.

Post hæc in die obseruabis duo, distantiam planetæ vel loci ab occidente, si super terram fuerit, aut ab oriente, si sub terra, & multiplicabis per horas elongationis, & diuide per duodecim, & illud est complementum in hora illa. Secundus modus est, ut locus designatus ponatur in cœli medio, in oriente vel occidente, est enim tunc eius operatio, & differentia prima non est apud me recepta, sed secunda, idem dico de aduentu ad locum planetæ per alium circulum quàm sit horizon & meridianus, & iam dixi hoc in directionibus.

Complebitur ergo hoc negotiū cum quinque reuolutionibus, & cum natiuitate. Natiuitas ergo per generalia & directiones ostendit tempora, locus Solis ostendit annos: Lunæ menses in quolibet anno: aspectus Lunæ principales hebdomadas. Et sunt quatuor

B B b in

in quolibet mense, gradus ascendens, dies in hebdomada, & sunt pauciores sex figuræ, & plures octo, & mediocres septem, & aduentus partium noni cœli, ad partes decimi ostendit horas & partes horarum, & hoc est comprehendens minutias incomprehensibiles. Igitur figura genituræ principaliter ostendit primi anni nutritionem, & reuolutio anni ostendit principaliter de primo mense, & ita de aliis.

Ex quo sequitur tandem, quod figura genethliaca principaliter ostendit, quod fœtui & matri, cum qua annectitur tunc puer, succedere debeat hora illa, & in momento, & propter hoc raro eueniunt promissa in prima hora alicuius reuolutionis, quia non fit iteratio testimonij rei promissa, & quando fit illa hora, vel die, tunc videbis necessario & semper, figuram validam in significatione, veluti in figura quinquagesima prima libri centum geniturarum, & in figura nostra, in qua mater & ego penè perieramus.

CAPVT II.

Soluit duo quesita.

Primùm igitur considerare oportet, An in his qui ad perfectam perueniunt ætatem, aliquid quod in figura demonstrari frustrari possit: nam in his qui ad perfectam ætatem non deneniunt, clarissimum est plurima frustrari significata: constat enim in pueris cito morituri, etiam significatores filiorum, & nuptiarum, & exercitij adesse, non tamen, quoniam morte præueniuntur, aliquid horum assequi possunt. Pari ratione igitur existimandum est, eos qui ad perfectam deueniunt ætatem, sæpenumero promissis tardioribus frustrari: quod etiam in euentibus naturalibus contingit. Multi enim vteroque gerentem derelinquunt uxorem, cum spe nascentis filij morientes quid igitur? nunquid causæ illæ frustrabuntur: nequaquam, quia causæ non sunt, nisi in ordine: deficit autem ordo, subiecto deficiente. Significata quidem frustrari non est inconueniens inconuenient autem causas, quæ ordine naturali constitutæ sunt. Si igitur in senio promissa fuerint non in vltima ætate, quod multi credunt expectanda erunt: sic etenim cuiuslibet sua vltima adest ætas, cum moritur: sed eo tempore, quod generaliter senium dicitur, veluti iuxta sexagesimum annum, frustra igitur quinquagenarius expectabit. Hæc autem scripta sunt, quoniam multos etiam clarissimos viros decipi videbam.

Secundum, quod queritur, est, An cuiuslibet euentus qui per reuolutionem ostenditur, significatum in genitura sic constitutum, an vero reuolutio per se sit sufficiens, aliquid omnino ex nouo condere. Respondemus, in genere quidem esse necessarium, in specie autem nequaquam. Vnde cum cuiuslibet in genitura, mortis significata sint constituta, non inconuenit quolibet tempore, & mortis genere mori. Cum autem non in omni genitura coniugij significata sint, nulla poterit effi-

cere reuolutio, vt illud eueniat, cuiusque significatum quidem in genitura est constitutum, minimum quidem vestigium sufficit validæ reuolutioni: debili autem reuolutioni, validæ genituræ iudicatio requiritur. Itaque si quis genituram reuolutionibus comparauerit, cum per æternos motus sit connexio, merito potuit quis dicere, in genitura quæcunque ventura sint, perfecte contineri.

Cum autem optimus Astrologus natiuitatem sine reuolutionibus considerauerit, dupliciter contingit ipsum longe falli, ac optimam genituram, pessimam iudicare: pessimam vero summis extollere laudibus. Primo, cum optima promissa, vel pessima, ad senilem referunt ætatem, ipse vero occurrente reuolutione, vel directione præuenitur, non habebit ille vestigium eorum, quæ à genitura promissa sunt. Secundum est cum superuenientibus pluribus reuolutionibus, malum conuenitur in bonum vel bonum in malum: Hæc autem in perpetua constituantur memoria.

CAPVT III.

Docet differentiam temporum.

Cognitio temporum futurorum, pendet ex tribus cum regula & quarum sine regula. Primum est conditio figuræ in esse genituræ: & habet quatuor condiciones. Prima est conditio naturæ significatoris, quæ tardi, significant rem post annos, & aliqui post annum & aliqui post mensem, vnusquisque enim significator, significat rem post suam reuolutionem completam. Ita ergo Saturnus non dat, nisi post 30. annos, & Iupiter post 12. & ita de reliquis, Et hoc cum fuerint significatores, dominatores, & non significatores per se, aut infortunatores.

Secundus modus est, vt sint veloces in cursu, tardi, vel retrogradi, & hoc non significat tempus initij rei, sed postquam initium habuerit, quando finietur: qui ergo habet planetas retrogrados inferiores, tarde finiet quod cito inceperit: qui superiores cursu auctos, cito perficiet, quod tarde cœperit.

Tertium modum, significat conditio planetarum in esse, quo ad mundum, & est, quod decima, undecima, & duodecima, item prima, secunda, tertia significant cito, & reliquæ tarde, & in his, anguli significant velocitatem maiorem, cadentes tarditatem maiorem. Et ita cum comparaueris decimam nonæ, non erit diuersitas sensibilis, quia nona est velocissima tardarum, & decima tardissima velocium: & ex hoc quinta & sexta sunt valde tardæ, nisi sint in proprio significato.

Quartus modus, est orientalitas à Sole, quæ signant velocitatem, oppositum tarditatem, & hæc sunt firma rei vniuersalis condiciones, quantum ad tempora vniuersalia.

Modus temporum exquisitorum veluti iuxta quinquagesimum annum, vel iuxta sexagesimum,

sexagesimum, pendet ex directionibus, & iam diximus de hoc in præcedentibus, cum ergo directio significat aliquid in 60. annis, & tempora vniuersalia in senectute, tunc augetur significatum & confirmabitur. Si vero in iuuentute, tunc illud quod erit in iuuentute, erit paulatim & sparsim, quod vero erit in tempore iuxta sexagesimum annum, erit debile, quia tempora vniuersalia non concordant cum temporibus distinctis ac propriis.

Modus temporis exquisiti, concordat cum reuolutione anni pro anno: & mensis pro mense: & diei pro die: cum ergo concordauerit cum directione, tunc bonum est: cum discordauerit, erit effectus minor, & minus sensibilis in utroque. Si vero reuolutio directioni contraria fuerit, & non fuerit valde potens directio ipsa, non cognoscitur operatio directionis in reuolutione illa, & tempora horarum non possunt auferre significatum diei: nec tempora diei significatum mensis, nec tempus mensis significatum anni, nec tempus anni directionem: nec directio tempus vniuersale. Exemplum, si quis habeat directionem moriendi in 30. anno, & eueniat reuolutio vitæ bona, licet non moriatur in vno mense illius anni bono, moriatur in alio, & tantum eliger, donec in vno mense moriatur illius anni, quod si directio fuerit minus valida, non morietur illo anno, sed tantum ægrotabit in mense deteriore, & morietur in anno sequente: vel alio in quo reuolutio peior fuerit, quod si reuolutio mala directioni non multum malæ associetur, morietur tamen. Si vero reuolutio bona directioni malæ associetur, euadet pro illa reuolutione & sequentibus, quia directio non multum mala, penetrat tantum ad annum proprium in quo cadit, pessima vero ad multos annos ante & post, & si contingat reuolutio mala ante, interficit: si non euadet tamen à suo anno, in quo attingit ad locum illum.

Et scias, quod planeta damnatus in genitura, non potest fieri bonus in directione: nec malus in directione, potest fieri bonus in reuolutione anni: nec malus in reuolutione anni, potest fieri bonus in reuolutione mensis, & ita de aliis, tantum quod pristinae malitiæ contra operetur, & eam destruat & tollat.

Modus sine regula est, vt superiorum coniunctio vel eclipsis.

CAPVT IV.

De distinctione inter dominum genitura & reuolutionis.

Cognitio rerum significatarum per planetas est secundum duos modos: vna est secundum substantiam, reliqua secundum dominium. Exemplum est, quod Sol significat animam vitalem, & cerebrum significat Luna: & epar cum naturali virtute significat ascendens: & horum locorum dispositores quicumque sint, illi sunt secundum ac-

Töm. V.

cidens dominatores. Et secundum hoc initia duodecim domorum, vt quæ sunt in primo mobili sunt secundum substantiam: & dominatores & partes eorum sunt secundum accidens. Et res quæ significantur, sunt tres: dispositiones animi, & corporis, & fortunæ, & his dominantur ascendens & dispositio: Luna & dispositio: & Mercurius & dispositio, & Venus ingreditur in genere voluptuoso, non tamen est domina secundum substantiam, tres ergo sunt animæ dispositores secundum substantiam, & tres secundum accidens, res corporis sunt per ascendens & Solem & Lunam, & aliqui addunt locum coniunctionis, & ego non sum de illis. Hi ergo dominantur secundum substantiam, & dispositores eorum secundum accidens. Res autem fortunæ sunt diuitiæ, amici, consanguinei, & honores: & Saturnus cum quarta, & dispositores, dominantur stabilitibus, & Iupiter & secunda cum dispositio: dominantur diuitiis propriè vocatis, vt sunt pecuniæ & suppellex: duo ergo sunt significantores secundum substantiam, & duo secundum accidens. In quolibet genere facultatum, Saturnus & Sol significant patris conditiones, & duo significantores eorum. Venus & Iupiter, & vndecima, significant amicos & dispositores eorum: tres ergo sunt domini secundum substantiam, & totidem secundum accidens. Luna Venus & septima significant vxorem & dispositores eorum similiter, Mars & septima secundum substantiam, significant inimicos, & loca opposita luminarium, & domini ascendens nequaquam, & dispositores sunt domini eorum per accidens. Saturnus & duodecima significant hostes occultos secundum substantiam, & dominatores secundum accidens, quinta & Venus, & Luna, dant filios, & Iupiter, & hoc secundum substantiam: & dispositores horum secundum accidens. Mercurius & sexta dant seruos, & similiter dispositores. Mars, & sexta, & Saturnus, & dispositores, dant infirmitates. Saturnus, & septima, & dispositores, mortem cum abscisione vitæ, & sunt tres secundum substantiam, & totidem secundum accidens. Mars cum nona & Luna, dant itinera & dispositores: Sol, Iupiter & decima, dant dignitates, & dispositores: Luna, Venus & dispositores dant matris fortunam: Luna & Mercurius & tertia, dant fratres & consanguineos: Mars & Luna cum tertia & dispositio: dant itinera parua: ea ergo est ratio dominatorum secundum substantiam.

Tunc est regula generalis hæc, dominator secundum substantiam, semper manet idem, in omnibus reuolutionibus: & dominator secundum accidens, variatur in reuolutionibus ad inuicem, non ab eo quod fuit in genitura.

Secunda, cum domus sit dominator secundum substantiam, semper id quod est in ea, significat qualitatem. Vnde semper Mars in secunda significat aliquam dissipationem, & Iupiter in secunda, aliquam bonam fortunam.

Tertia, comparatio domini secundum substantiam ad dominum secundum accidens, in

te tempore illo, & dominorum secundum substantiam inuicem, est iudicium & indicatio pro re illa in tempore illo.

Quarta, proportio dominatoris secundum substantiam, ad dominatorem secundum accidens, est veluti proportio domini agri ad colonum, & fructus existentes in agro, nam licet fructus in veritate sint domini, possessio tamen propria est in colono, nec poterit eis gaudere dominus, nisi vel voluntas vel necessitas cogat colonum, vt domino fructus reddat. Manifestum est ergo, quod quando colonus fuerit potens & malus, impedietur dominus à receptione fructuum: vel quando fuerit debilis valde, & ab aliis impeditus.

Quinta, domini secundum substantiam faciunt impressionem in loco permanentem, non domini secundum accidens. Vnde pars Saturni obseruanda est, & cæterorum planetarum, non quatenus sunt dispositores, sed quatenus sunt significatores secundum substantiam, & ita obseruamus locum Martis, quia est dominus contradictionum & infirmitatum secundum substantiam, & Mercurio inest proprietas, vt fiat in natura dominatorum secundum substantiam, & abscisor est dominus secundum substantiam, vt dictum fuit, & cuspides domorum. Sunt ergo loca decem nouem, sed principalia vndecim.

Sexta regula, dominatorum secundum substantiam loca opposita & quadrata, sunt consideranda dupliciter, nam in his qui radios mittunt, proportio talium locorum est consimilis loco mittentis cum quadam proportionem contrarietatis. In his autem qui radios non mittunt, semper est contraria dispositioni loci illius, veluti tertia nonæ, & prima septimæ, & quarta decimæ. In illis vero qui sunt dominatores secundum accidens, iam nulla est intentio, quia non disponunt in loco aliquo. Iupiter ergo in octaua adimit & dat diuitias, Mars vero semper adimit.

Septima, reuolutio non potest super reuolutionem aliquam, quæ non sit pars ipsius, vt reuolutio anni super mensem, & mensis supra dies eiusdem anni, aliter non.

Octaua, Sol est dominator omnium virtutum in toto cælo: & Luna delatrix, vnde Solis mala dispositio in omnibus minuit virtutem & robur: & Lunæ mala dispositio impedit, aut malè dat, aut tardè. Qui ergo ambo luminaria habet impedita, nunquam egregium aliquid nanciscetur, habebit enim omnia quasi vitiosa, etiam optimè dispositis aliis planetis.

Nona, cum fuerit dispositio, dominus secundum substantiam in eadem re maximum ab illo planeta in causa illa iudicium habebis, non enim accidit separatio.

dispositione significatoris essentialis, vel accidentalis, in seipso. Secunda ex comparatione ad loca existentia in principio generationis, & iam dixi quòd sunt vndecim. Tertia est ex comparatione ad alios significatores, secundum tempus illud. Quarta est ex dispositione reliquorum planetarum in tempore illo.

Et nota, quod sunt duæ quadraturæ malæ, in vno quoque genere signorum, & ita sunt tres ordines, inter arietem & Cancrum. Inter Libram & Capricornum, secunda, & est deterior, Inter Geminos & Virginem: & inter Sagittarium & Pisces, vltima & est pessima. Inter Leonem & Scorpionem, & inter Aquarium & Taurum, & sunt duæ malæ valdè, duæ deteriores & duæ pessimæ, & sunt reliquæ mediocres, & oppositio est longe minus mala in hoc casu, quàm quadratum loquendo de comparatione vniuscuiusque Planetæ ad suum aspectum.

Et nota, quòd quatuor modis planeta iuuat vel nocet, primus est ex natura propria: vnde fortunæ semper iuuat: infortunæ nocent, luminaria augent, & declarant, & manifestant, hæ enim sunt tres propriæ operationes Solis & Lunæ Mercurius operatur secundum naturam dispositionis.

Secundus modus est, ex qualitate dispositoris: nam dispositio semper iuuat, & dispositio rei contrariæ nocet, veluti dispositio loci interficientis nocet vitæ, quànvis sit fortuna, & Mars vitæ dispositio iuuat quànvis sit in fortuna.

Tertius modus est ex radiatione, quia quadratus & oppositus habent contrariam dispositionem, Trinus & sextilis amicum, & scias quòd Trinus est coniunctio imperfecta. Sextilis vero diminuta, nam operatio trini est operatio coniunctionis, si ergo fiat ex infortunis est malus. Similiter & sextilis, excepto quòd sit ex recipientibus: tunc enim est in forma coniunctionis receptæ, & generaliter trinus est coniunctio imperfecta, & sextilis diminuta. Valent ergo qui trinum Saturni laudant, & coniunctionem vituperant, nisi sit cum receptione, & melior est mutua. In quibus etiam casibus coniunctio est laudabilis, & nõ est differentia in hoc, nisi in duobus, Primo quia trinus est debilitat corpore: & ideo non tantum potest nocere secundæ, quod est inter signa similia. & coniunctio est validior, quia non solum in consimili, sed in eodem sit signo. Manifestum est ergo, quod quadratus dispositorem iuuantium viuat: & melius oppositus, vnde etiam ephemerides miscent eorum significata, vt dictum est, in mutationibus temporum. Omnes ergo bonorum aspectus boni, malorum mali. Sed diligenter animaduertere oportet, qui planetæ boni sint, qui mali, est tamen trinus & sextilis melior, quàm quadratus vel oppositus. In infortunis maxime: & caue, ne te decipiat fortuna contrariæ dispositionis: aut infortuna dispositrix, & quadratus & oppositio augent malitiam supra corpus, quando sunt malæ radiationes: & minuunt bonum ratione contrarietatis. Intellege ergo radicem omnium aspectuum ex hoc.

Quartus

CAPVT V.


De permutatione significatorum adinuicem.

Cognitio bonitatis & malitiæ euentus, est ex quatuor conditionibus, prima est ex

Quartus est, quoniam cum dispositio secundum substantiam, fuerit secundum acci- dens, vel e contra, tunc erit quasi amicus perfectus exercitui contrario, certum est enim quod nocet, sed minus, igitur dispositio per accidens preualet naturali, pro illo tempore, & ita Iupiter auferit substantiam, & Sol occidit, & Luna similiter, & Saturnus fouet vitam, sed hoc est raram.

Et scias, quod, ut saepe dictum est, res significatiua sunt plures, significatores autem pauci, videlicet septem planetae, & duodecim domus, & pauca stellae fixae, dicitur in primo libro, qua de causa, Ptolemaeus nonam fusionem imposuit: qua plurima significata dedit vni significatori: & posuit Lunam significantem corpus: deinde animi mores: deinde vitam: & uxorem & matrem, & ancillas & filias, & sorores. Quomodo ergo erit disposita illi, cui in partu moritur vxor, & ipse longae vitae. & filiae eius plures incolumes. & ancillae fugitiuae, & mater mortua cito. & corpus salubre, & intellectus inconstans & malus. propter haec igitur in capitulo sequenti ego subiunxi figuram vnam atque alteram reuolutionis trigessimiquarti & trigessimi quinti anni incipientium: vt intelligas facilitatem iudicandi, in omnibus quae tibi erunt proposita, sine ambiguitate, & sine timore, & sine verbis ancipitibus, & sine confusione, & hoc modo in omnibus iudicabis. Et exemplum tale est quod subiungitur, & est figurae decimae nostrae, & vnam pono praeteritam, & aliam quae incipit & futura est, & cum hoc memor sis stellarum insignium, cum planetis existentium.

quisitas malo modo, & ita fuit, & si receptio fuisset ex parte. Ionis, fuisset lucrum, & non mutuum, radij etiam quadrati Veneris, & Saturni sextiles, cadebant super hoc, videlicet super secundam, & ita occasione talium etiam fuit iactura, & quia Mercurius erat in sexta, dominus eius, id est in ea habens potestatem, est enim trigoni dominus, significauit lucrum ex arte mea quia erat cum domino decimae, & ita fuit totura adamussim, creuit enim lucrum ex Astrologia & Medicina.



Consideraui postmodum tertiam & Lunam & Martem, & non erat in eis aliquid mali, nisi quod Mercurius erat cum Marte, & significauit, quod ex consanguineis aliquis se intromitteret pro me & dignitate mea, & fuit hoc totum.

Consideraui Saturnum, & quartam, & dispositores, & Saturnus fuit cum capite, & Sol cadens in sextili eius, significauit quod stabilia aegre starent, & quod auferentur auctione inutili, & ita fuit, parum defuit, ne aliquod venderetur ex eis, propter Solem.

Consideraui quintam & Venerem, quae erat in signo foemino in ipsa, & Ionem, in signo foemino in corde caeli. Et hoc totum significauit, quod vxor conciperet filiam, & quia Mercurius & Mars, dispositores locorum, erant in sexta, significauit quod erat debilis in ventre matris, & quod infirmitatem in aluo conceptura esset, & significauit locum, & reliqua, & ita fuit.

Consideraui sextam & Martem in ea, & Venerem dispositricem, & hoc totum significauit impedimentum, & permutationem, & multa alia. Nam Mars est in loco Veneris, cum Mercurio, & Venus cadens in quinta.

Consideraui septimam & Lunam, & Luna fuit potens & in prima, & significauit nocumentum vxori, quia etiam Mars cadebat in sexta cum Mercurio.

Consideraui tandem septimam cum Marte, & fuit vnus & idem significator. Mars cadens in sexta, in quadrato Ionis, &

CAPVT VI.

De exemplis supradictorum.

Consideraui primo pro vita ascendens & Lunam, & iuueni, quod ascendens erat ascendens natiuitatis, & Luna dispositrix, & ipsa in ascendente. Ergo ascendens & Luna & dispositores & ascendens natiuitatis vnum & idem sunt. Significauit ergo perfectam sanitatem, Venus etiam erat salua, domina ascendentis, & loci Solis, & radij trini Ionis, cadebant in ascendente, & ipse erat dominus octauae, & radij quadrati Saturni similiter, & hoc significauit aliquem timorem cum desperatione quadam, & perfectam sanitatem, & ita fuit.

Consideraui postmodum secundam, & locum Ionis, & dispositores, & quia nullus erat in secunda. Iupiter autem fuit in corde caeli in casu suo, & Mercurius in sexta, cum Marte domino loci Ionis, in loco Veneris & Mercurij, id est, coniunctionis illorum hora geniturae, significauit dissipationem substantiae, plus quam aliter, ratione quaerendi dignitatem, & quia Mars respexit Iouem de quadrato cum receptione Martis, & non Ionis, significat mutuum, & res ac-

Tom. V.

B B b 3 significauit

significauit, quòd hostes aperti deprimuntur timore Principis, & iustorum virorum, & nihil nocerent, & ita fuit.

De octaua nihil considerauit, quia salui erant significatores vitæ.

De nona etiam, & Marte, nihil erat, non enim iungebantur domino ascendenti, nec Lunæ, & Iupiter in quadrato Martis significauit reditum in patriam.


Considerauit Venerem & Lunam, pro matre & ipsi erant in trino, cum receptione, & ideo non significant nocumentum ex hoc, & mater fuit incolumis.

Considerauit Cor cæli, & Solem, & Iouem, & dispositores, & sunt Mars, Saturnus, Venus, maximè autem est Mars cum Saturno, & quia Iupiter erat in corde cæli, & cor cæli idem cum corde cæli genituræ, & Mars in sexta de quadrato respexit eos, significauit auctiorem plurium dignitatum, quia Mars erat cum Mercurio in loco Veneris in genitura, & ita habui plurima officia eo anno. Et quia erant in cadentibus, nam Sol cadit in libra, & Saturnus in Leone, & Iupiter in Capricorno, & Mars in Libra cadit: & Mars est dominus inimicorum occultorum, significauit, quòd hæc omnia essent vitiata & non absoluta, & cum modica gloria, & cum impedimento ex parte inimicorum apertorum & occultorum, Mars enim est dominus septimæ. Cauda etiam minuit dignitates, quæ erant in corde cæli cum Ioue. Et quia Sol, Mars, Mercurius, cor cæli, & Iupiter sunt in significatis mobilibus, significat horum quod meliorem partem amittam, & licet non amiserim, amittam tamen, & retinebo officium tantum quod significatur per Saturnum existentem in trino Solis. Cum ergo tria eo anno habuerim, duo meliora ex illis amittam, & remanebit quod erit inutile, & cum ex ratione naturali neciam hoc, erit tamen ita.

Considerauit postmodum in amicis dispositorem vndecimæ, & dispositorem loci Iouis, & Mercurium dispositorem loci Veneris, & cum Venus esset in opposito vndecimæ, & Mercurius cum Marte, significauit, quòd omnes amici mei erant ficti, & quòd prodebat & odiebant me secreta, & aliqui etiam palam, præter amicos significatos à Ioue, & hi erant potentes & legales. Nam Iupiter aspiciebat ascendens de trino, & Venus significauit etiam amicos valde sed impotentes, nam ipsa respiciebat Lunam de trino dominam ascendenti, & ipsamet erat ascendenti domina, & tamen erat cadens, & in opposito vndecimæ.

Considerauit duodecimam & Saturnum pro hostibus occultis; & dominus duodecimæ est Mars ferè ex tota, & ipse est cum Mercurio, significauit quòd parum obessent, quia Sol & Mars, & Mercurius erant in sexta, attamen solus Saturnus foris radiis Solis, nocebat valde, quia erat in opposito cordis cæli, & in quadrato ascendenti.

Expositio alterius Reuolutionis,



Dixi de reuolutione valde bona respectu genituræ malæ, modo declarabo præsentem reuolutionem, malam ferè in omnibus in conuerso alterius reuolutionis, & successus demonstrabit quòd ita erit.

Considerauit primo decimam, Solem & Iouem & dispositores, & sunt Mars, Sol, & Saturnus. Manifestum est ergo, quòd Sol in hoc multum potest per nonam regulam quinti capituli, & quia erat in quadrato Martis in duodecima. Ideo cum Sol esset cadens in tertia, & vterque in opposito suæ exaltationis, significauit vltimam depressionem dignitatis & officij, & ita fuit, nunquam enim minus feci in vita mea: quia tamen sic respiciebant, significauit quòd dignitas conseruaretur, & reliqua amitterentur. Hoc autem maximè, quia Mars erat in trino Solis in genitura: & quia Saturnus respexit cor cæli de trino, existentis in signo fixo: & Iupiter de sextili: habebat in fine anni ali-quod bonum fortuitum ex hoc non ordinarium. Et quia Saturnus non dominatur medio cæli, sed septimæ, significat quòd in totum aperto Marte hoc anno ab inimicis oppugnabor, & erunt partim occulti propter substantiam, & partim aperti propter dominium. Et si hic aspectus fuisset ad Solem, fuisset totum contrarium, imò melior fuisset quadratura hoc modo, quam hic trinus cum medio cæli, & quia ♄ est cum ♃, & Luna in sextili eius, & ipsa domina loci, auferent fraude & dolis aliquid hostes occulti à me consilio cuiusdam & societate, qui se optimum virum profitebitur, & erit hoc indubie:

Ecce vides qualiter Luna nocet Marti & Sol iuuat, cum tanem omnes indicarent contrarium, manebit tamen hoc præcepto principis aut differetur.

Considerauit postmodum substantiam stabilem, & inueni Iouem in opposito Saturni, & Venerem in quadrato, & ipsum cadentem: & quia Venus erat domina imi cæli & similiter Saturnus, erit per nonam regulam quinti capituli, & tertium & quartum modum proficui, & damni sexto capitulo, quòd conseruarem etiam stabilia, sed ægre. Iupiter autem in opposito Saturni & quadrato Veneris, & ipse dominus octauæ & duodecimæ

decimæ & quintæ, significat, quod talium occasionem aliquid ex stabilibus damnabitur, & illud oppignoratum amittam, quia omnes planetæ, videlicet Saturnus, Venus, & Iupiter, sunt in signis fixis.

Consideravi in quinta domo & Ioue & ♀, & fuit Iupiter in opposito Saturni, & in quadrato Veneris & quintæ: & ambo in signis fixis, & Iupiter dominus octauæ, & hoc significauit quod oriretur filia, & ita orta est, & quod filij male afficerentur, & quod in periculo vitæ ex longo morbo detinerentur: quod Deus auertat, & est valde mala pro eis.

Consideravi sextam & Martem, & fuit etiam dispositor & in opposito eius: & ipse fuit in quadrato Solis, & sextili Lunæ: & ideo cum Luna esset domina, significauit febrem, quæ est morbus in virtute vitali, & quia est in capite, significat febrem ventrosam, & quia est in Cancro significat damnum pectori & pulmone maxime, quia Sol est dominus ascendens cadens damnatus in Libra, & quia est in duodecima, erit res leuis sicut tertiana, quæ est mobilis & varians cum quadam venositate leui, & durauit parum, quia est in signo mobili, & respectu Lunæ nullum significat malum, & si fuisset in alia domo non opposita, fuisset maius malum valde propter radices positas. Directio autem cum esset ad Iouem, facit vt nihil deterius timere debuerim.

Consideravi post septimam & Martem & dominatores Saturnum & Lunam, & ipsi respiciebant Solem de quadrato, & significat, quod offenderet ab inimicis, & quia Saturnus dominus septimæ est in prima, significat quod erunt quidam ex illis, qui non poterunt nocere mihi, & erunt inimici noui.

Consideravi postmodum significantes vitæ & infortunatas, & quia Sol dominabatur loco Saturni & Luna loco Martis, significauit quod non esset periculum de vita ratione morbi naturalis, & quia Saturnus est in ascendente in opposito domini triplicitatis existens in Leone, significat tristitiam & oppilationem in epate, & debilitatem ventriculi, & erunt hæc valde leuia, quia multum remouetur ab ascendente, & quia est cum corde leonis dabit tristitiam, timorem, solitudinem in corde, & affectum occultum, quem nemo intelligit, Et quia Iupiter dominus octauæ, & Venus sunt in contrario aspectu domini domus inimicorum, morietur aliquis ex inimicis occultis.

Consideravi nonam & Martem, & significauit iterum vnum, nam Luna respiciebat Martem cadentem, & Mars Solem.

Et nota, quod hoc anno directio ascendens peruenit ad corpus Saturni fermè. Nota etiam quod locus dispositoris significat causam rei: & robur significatoris secundum substantiam, magnitudinem causæ facientis rem: & locus eius locum rei, quæ fiet: & robur dispositoris magnitudinem effectus: & permixtio dispositorum nihil iuuat, cum fuerint dispositores locorum diuersorum, similiter dispositoris cum significatore alio, cuius non est dispositor nihil iuuat, licet sint super eadem re, veluti in secunda figura in causa

vxoris Mercurius est dispositor, quia dominus loci Lunæ & Saturnus, quia dominus septimæ & aspectus sextilis in hoc casu nihil iuuat, quia sunt dispositores diuersorum locorum, licet in eadem causa. Significantores autem secundum substantiam in eadem causa semper fouent eam, cum sunt colligati: & nota quod significator secundum substantiam est res in potentia, & secundum accidens est in actu, cum ergo dispositores Solis Lunæ & ascendens omnes fuerint complete damnati, & vitæ significantores salui omnes, morietur tamen omnino, quia vita non est in actu, & quia res in actu non durat: & in potentia durat longo tempore & non permuratur, propter hoc significantores secundum substantiam permanent & alij non permanent, & citius morietur, cuius significantores secundum substantiam salui fuerint, & secundum accidens destructi, quam secus.

Et nota, cum inuenieris in figura vel resolutione dispositorem vnum supra omnia loca vitæ, ille vel ex toto erit sanus, vel morietur. Causa patet ex præcedentibus vt dictum est: & raro fallit, nam potest fallere vbi ille dispositor habeat plures damnatores debiles, & scias quod tutiores sunt plures dispositores debiles, quam vnus potens, & tutius est vnum habere vitæ datorem validum, quam plura debilia, Idem dico in reliquis, nam quod est in potentia, debet esse validum, licet sit vnum, quod vero in actu plura licet debilia: Et has duas regulas diligenter nota.

CAPVT VII.

De modo indicandi in mensibus & diebus.

A Nimaduertendum puto hoc, considerationem nocuenti aut iuuamenti esse validiorem secundum tempora vniuersalia, & sunt primi quatuor anni debilitatis, & post quadragesimum secundum annum vsque ad quadragesimum nonum & post sexagesimum tertium.

Ratio autem mensium est, vt consideres resolutionem anni, & loca infortunata in genitura, & in resolutione, & sit comparatio mensis ad genituram; & resolutionem anni, vna & eadem, cum comparatione resolutionis anni ad genituram, & similiter comparatio diei ad mensem, annum, & genituram, comparatio eademmet, cum comparatione mensis ad annum & genituram, Manifestum est ergo, quod consideratio mensis plura habet quam anni: & diei quam mensis: & anni quam genituræ: erit ergo quo ad hoc difficilius inuenire partium mensis, quam totius: & diei quam partium mensis: & ita de reliquis.

Et cum sit, quod comparatio plurium, denotat in nobis maiorem firmitatem, facilius erit ergo cognoscere mensem in anno, quam annum euentum in genitura, & quartam mensis in mense, quam mensem in anno, & diem in quarta mensis, quam omnia reliqua.

pauca ergo consideranti, & laborem vitanti, facilius est genitura, quam anni reuolutio, & anni quam mensis, & mensis quam quartæ, & quartæ quam diei. In erudito tamen & laborioso erit totum contrarium.

Cumque sit, quod cognitio diei præsupponat cognitionem quartæ, & cognitio quartæ præsupponat cognitionem mensis, & ita vsque ad genituram. Impossibile est, vt quis plus cognoscat diem quam annum, & quod habeat maiorem securitatem de quarta mensis, quam de mense.

Cum igitur ita sit, erit vt optimus Astrologus, facilius inueniat peiorem diem in quarta mensis proposita, quam peiorem quartam mensis in mense proposito, & ita certius cognoscat malam diem in quarta mensis, quam malum annum in tota genitura.

Et scias, quod qui fecerit omnes reuolutiones, à principio natiuitatis vsque in finem sine intermissione: & experientia comperit tria vel quatuor accidentia illius: & veritatem illorum quæsiuerit per reuolutionem anni, mensis & diei & horæ: solus ille exacte iudicabit de tota vita illius sine errore, & confusione, & omnis alius deuiabit à recto iudicio, etiam in qualitatibus accidentium, nedum in tempore, per tantum, quantum defecerit ab hoc, quod tibi dixi.

Et scias, quod damnatio mensis, respectu anni, vel partium mensis respectu mensis, & ita de reliquis, est duplex: Vna quando quod infortunatum est in anno, infortunatur in eodem mense. Secunda est, quando quod est infortunatum in anno, non infortunatur in mense, sed illud quod non permittit omnino infortunari in anno, infortunatur in mense. Et exemplum est primi modi, cadit ascendens reuolutionis in gradu Saturni natiuitatis, ille mensis erit mortis, in quo ascendens erit vnus, ex quatuor punctis damnatis à Saturno in natiuitate, & hic modus est valde potens. Secundus modus est, ascendens cadit vt prius dictum est, sed Sol & Luna in sexta vel tertia, remanet ergo dispositio ascendens in decima, loci Solis in nona, Lunæ vero in septima, tunc mensis ille erit mortis, in quo damnabitur dominus ascendens, quia ille erat in reuolutione anni robustissimus, & ex quartis illa, in qua damnabitur dispositio loci Lunæ, quia erat secundus in robore, & ex diebus ille, in quo damnabitur dominus loci Solis, qui solus remanserat ad defendendum vitam, & per damnationem, intelligo damnationem vltimam, & non aliter.

Et scias, quod non negatur transitus de genitura ad mensem, vel ad diem, sine anno, & ita in reliquis, cum damnatio fuerit valida, aliter non. Et scias quod in omnibus genituris, reuolutionibus, directionibus, significatisque eorum, quicquid est sub terra præter angulum primæ, amittit plusquam dimidium virium suarum & significati.

CAPVT VIII.

De modo sciendi exitus morborum.

Modus hic est clarus, & aperiens nobis rem aliam, & est, quod quando homo infirmatur, statuas figuram cum planetis: & si sit ex genere cronicarum, considera Solem, si acutarum Lunam, & considera quomodo iudicares natiuitatē sine reuolutione, videlicet an vitæ largiores sint salui, an infortunæ præualeat tertiæ, an dispositores sint cum domino loci mortis, & an dispositio loci mortis præualeat, si enim præualeat morietur: si non erit in maximo discrimine, & tunc considera reliqua: & si dispositio est infortuna, est deterior, & fortuna octauæ dispositrix, est deterior infortuna non disponente, quantum ad applicationem, quantum vero ad ad hostiles radios, est contrarium.

Dominus etiam sextæ considerari debet & angulus occidentis, cumque dispositores sextæ & octauæ fuerint validi, & non applicent illis dispositores vitæ, non est periculum de vita, & applicatio dispositoris vitæ ad dispositorem mortis, est longe deterior, quam si contrario modo contingat. Considerabis etiam tempora vniuersalia, & directiones, maxime loci Lunæ, vel Solis, secundum quod dixi, & cuiuslibet istorum associatur ascendens, & dispositio, cum dispositive loci luminaris, significantis qualitatem morbi. Sunt ergo quatuor, quæ semper dirigi debent, & inter hos validioris directio, maiorem facit mutationem.

Modus secundus, & est Galeni, tertio de diebus Criticis, & est adhuc verior: considerabis figuram morbi in comparatione ad genituram, & iudicabis mortem aut vitam ad vnguem, sicut in reuolutione anni, excepto quod hora morbi certius indicat de morte quam de salute: & reuolutio anni contrario modo, consule igitur præcedentia.

Post hæc in vtroque modo considera, ab hora initij locum Lunæ, & adde ei 45. gradus, & cum Luna erit in loco illo per minutum, statue figuram, & compara ad primam, & etiam in seipsa consideretur, & regit hæc figura à quarta ad septimam diem. post adde iterum alios 45 gradus, & scies per figuram, statim infirmi à septima ad vndecimam, & ita perficies vsque ad quadragessimam diem.

Et nota, quod in vna reuolutione Lunæ, sint octo puncta consideranda, validior ex his est oppositus in acutis in peracutis autem primus quadratus: in perperacutis autem primus punctus initij: & in cronicis acutis secundus quadratus: raro autem in reuersione locus Lunæ, sed reliqua puncta intermedia sunt minoris afflictionis, & dicuntur puncta indicatua.

Cumque dominus mortis retrocedendo ad dominum ascendens applicat, vel dominus ascendens ad dominum loci mortis per retrogradationem, erit mors valde festina & certa, certior autem atque celerior est: cum dominus

dominus ascendens fuerit directus & mortis retrogradus.

Ex his liquet, cum locus Lunæ, qui in morbo fuit obseruetur, & non qui fuit in natiuitate, cum tamen natiuitatis locum Lunæ cognoscamus: congruum erit, vt in annorum reuolutionibus, locum Lunæ in reuolutione obseruamus: & dirigamus, non eum qui fuit in natiuitate, in reuolutionibus mensum constituendis, est validior locus dominatoris quam significatoris secundum substantiam. Disponit autem Luna cum Sol ad eundem locum, in quo fuit in natiuitate, peruenerit. Cum ergo ita sit, non iniuria etiam in reuolutionibus ita obseruandum erit.

CAPVT IX.

De coniunctionibus & eclipsibus.

IN hoc vna est regula generalis: cum fuerit ascendens natiuitatis vel reuolutionis anni, vel mensis, vel locus Lunæ aut Solis, vel dispositio, in loco coniunctionis, vel eclipsis præcedentis, vel opposito, vel quadrato, cecideritque effectus coniunctionis secundum totum vel partem in tempore illius geniturae vel reuolutionis: tunc apparebit effectus eius in temporis parte, in qua duo tempora conueniunt. Exemplum. Coniungitur Saturnus cum Marte, in quinta parte Aquarij, & sit effectus eius appariturus post annum, durans per sex menses, & in capite 9. mensium à die coniunctionis, cadat reuolutio, cuius ascendens sit quinta pars Leonis, tunc in illo tempore per sex menses erit in discrimine talis coniunctionis: quod si talis reuolutio, per tres menses post coniunctionem inceperit, erit periculum tantum in tribus mensibus vltimis reuolutionis, & non vltra, quia solum in illis conueniunt effectus tempora, cum temporibus reuolutionis.

Eclipses ergo solares, vitam & honores auferunt, pro qualitate robotis earum: & geniturae, & conuenientia: lunares stuporem & infirmitates diurnas & acutas, & morbos oculorum & mortem, & infortunia magna, ex qualitatibus accidentibus tempore illius effectus. Saturni & Iouis coniunctio, Saturno dominante graues morbos producit, & inopiam, & destructionem omnis boni, at Ioue prævalente dat diuitias & honores, & res magnas.

Saturni & Martis coniunctio, omnia destruit, pro qualitate prævalentis planetæ, & locorum, in quibus sunt, & reliquarum causarum.

Iouis & Martis coniunctio, Ioue dominante, auget maximam fortunam, dignitates & gloriam: Marte prævalente, infirmitates acutas, damna, incendia, rixas, & talia.

Sol cum omnibus malum significat, maxime autem cum infortunis, & plus cum Ioue, quam cum Venere, & cum Mercurio parum aut nihil.

Reuolutiones annorum, vbi rite fiant mundi, vel ciuitatis, vbi fueris, nocent aut

iuuant: cum tua reuolutio sequens, aut impedita aut fortunata fuerit: per tantum temporis promissio perficiet à tempore reuolutionis tuæ vsque ad sequentem reuolutionem mundi, vel ciuitatis: veluti, fiat reuolutio ciuitatis in decima Martij, & hominis in decima Septembris, & significetur aliquid, illud erit inter decimam Septembris vsque ad decimam Martij sequentis anni.

Cum ergo loca dignitatum, fuerint loca fortunatarum ciuitatis, vel mundi, bene erit: si infortunatarum, male idem de vitæ significatoribus, excepto quod non occidunt, neque grauius nocent, nisi eclipsis associetur.

Cum plures nauim introierint, tempus introitus semper ad sequentes reuolutiones referatur: malitia autem præcedentis reuolutionis aut bonitas, & causa introitus. Cum ergo reuolutiones dierum fuerint diuersæ, morientur homines illi, diuerso tempore, paruum discrimen in paruo, magnum in magno, infortunio autem nanis quodlibet infortunium etiam horæ sufficit, cauenda ergo sunt semper pericula.

CAPVT X.

De proprietatibus planetarum & signorum in reuolutionibus.

Cum dominus ascendens fuerit Sol, inclinabitur ad seueritatem & tristitiam. Si Mars, ad crudelitatem & rapacitatem. Si Iupiter, ad religionem & honores & bonos mores. Si Mercurius, ad sapientiam. Si Venus ad lasciuiam. Si Luna, ad itinera, & erit volubilis opinionis. Si Saturnus, erit timidus & auarus.

Si ascendit Aries, erit in timore mortis violentæ. Si Taurus, ægrotabit ex libidine. Si Gemini, sollicitabitur in secretis perquirendis. Si Cancer, erit amator rerum publicarum, & studiosus, vel laboriosus. Si Leo, tristis & superbus. Si Virgo, erit amator honorum. Si Libra, erit in periculo vitæ, ratione gulæ. Si Scorpio, erit infirmus, ratione cogitationis, & pernicax. Si Sagittarius, sollicitabitur circa ædificationes. Si Capricornus, erit sollicitus pro pecuniis & bonis mobilibus. Si Aquarius, maledicus erit & malus vir: Si pisces, erit superbus valde, idem de Virgine, sed non tantum, & hæc omnia vetera sunt de natiuitatibus.

Si Saturnus cadit in loco proprio, auget significationem promissi in natiuitate, secundum substantiam, non secundum quod fuit dispositio, nunc autem significat secundum quod est dispositio. Exemplum, Saturnus in natiuitate fuit in sexto Geminorum. Dispositio loci Lunæ & vitæ, modo cadit dispositio septimæ. In reuolutione in sexto gradu Geminorum: angebit significata stabilium, & rerum quas significauit secundum substantiam: non tamen confirmabit vitam, sed confirmabit de vxore, quod est significatū dispositionis secundum accidens in reuolutione magis quam si esset in alio loco. Intellige ergo

ergo idem de omni reditu planetæ ad locum proprium, ad oppositum, vel quadratum.

Si Saturnus cadit in loco Ionis, stabilia augebuntur, & res significatæ per Saturni substantiam, & melior fiet conditio dispositoris. Si in loco Martis, fiet destructio mobilium, & reliqua per contentiones & malos homines. Si ad locum Veneris, erit in deliciis & oblitus omnis tristitiæ & sine contentione. Si cadit Saturnus in loco Solis, erit ut omnis virtus occultetur, nisi Sol fuerit promissor. Si in loco Mercurij, figitur in studiis & artibus. Si in loco Lunæ, diligit & operabitur in annis, vel rebus vilibus, & pauci momenti. per hæc scitur significatum planetarum in reliquis.

Cum fuerit planeta in angulo, eueniet ce- leriter & manifeste. cum in cadenti, debiliter & tarde. cum in succedenti, mediocriter.

Inspicies dominatorem communem genituræ, & eum comparabis ad genituram & planetas in reuolutione, & ex ipso significabis.

C A P V T X I.

De singularibus regulis reuolutionum.

Regula prima. Significatio magisteri augetur per proprietatem planetæ & domus significantis ipsam, licet ipsa fuerit cadens, veluti in arte medicinæ, Mars in sexta fouet, cum tamen in omnibus aliis sit malus.

Regula secunda. Planetam infortunam collauda in domo sua existentem & cadentem in mudo: at reliqua elige valida omnibus modis.

Regula tertia, & si sæpe dictum sit, propter utilitatem tamen repetatur, Planeta cum non fuerit malus, obliuiscitur inimicitiarum. & cum non fuerit bonus, amicitiarum, nisi sit reditus ad loca propria sua, vel quadrata vel opposita.

Regula quarta, ex hac infertur, quod solus Sol obliuiscitur nunquam ex toto suæ dispositionis, similiter & Lunæ, ubi reditus mensium fieret à genitura. hoc autem maxime fiet, cum Sol vel Luna ad eandem domum in qua fuerant in natiuitate, redierint, nam hic in luminariis est reditus ad locum suum, si Luna hoc modo consideretur.

Regula quinta, O quam valida erit illa reuolutio, in qua Luna & ascendens ad propria redierint loca.

Regula sexta, Consideratio maxima, de qua rogabunt te omnes, est super tribus rebus. Super Sole, & Luna, & domino medij cœli, propter vitam, dignitates, & honores, nam hoc est quod plus desiderant homines scire, cum ergo hæc fuerint infœlicia, quid boni sperare poteris.

Regula septima, Cum ceciderit decima in loco Ionis à natiuitate, & dominus decimæ fuerit cadens, vel Sol, tunc habebit bonum, quod non reputabitur bonum, si contrario modo, parum habebit, & maximum videbitur. Ita intellige de omnibus significatoribus secundum substantiam comparatis, ad significatores secundum accidens.

Regula octaua, Cum fuerit Saturnus in oriente, & Iupiter in occidente, habebit minus malum, & minus bonum, quam si fuerint contratio modo melius tamen est habere Saturnum in occidente, & Iouem in oriente, quo ad corpus & animam, quo ad fortunam vero verba vice.

Regula nona, Planetæ mali domibus nocent in quibus sunt, & boni inuuant eas, si in eis sint.

Regula decima, Cum fuerit dominus vitæ in quadrato loci vitæ infortuna, erit robustæ vitæ, atamen habebit impressionem magnam secundum illud, videlicet, Si Saturnus fuerit, habebit frigiditatem magnam & debilitatem concoctricis, Cum vero quoquomodo fuerit infortunatus, occidet, quia omnis planeta cito reuertitur ad naturam propriam.

Regula vndecima, Cum fuerit dominus domus in opposito domus, cadet ille magna ex parte à dispositione significata per illam domum.

Regula duodecima, Natus ille comburetur, ob effeminationem, quando Taurus ascendit, & Venus est in Scorpione. cum Mercurio, & Saturnus in Aquario, & Mars in Leone, & Cauda cum Venere vel caput, quod si etiam Saturnus non respexerit eos, & Marti Sol testificetur, fiet idem. Si vero fuerit Saturnus, Venus & Mercurius, in Libra, cum Cauda vel capite, & eos Mars ex Capricorno vel Ariete respexerit, comburetur. maxime autem, si Marti Sol vel solaris stella testificetur, idem accidet, si Mars in Leone fuerit, eos de sextili respiciens, cum testimonio Solis, ob puerorum concubitum.

Regula tredecima, quod si Mercurius, Venus, & Saturnus, in Libra, vel Scorpio, vel Geminis, vel Aquario, fuerint, sub radiis Solis, vel per se infortunati, vel à Marte, comburentur omnino, nec natus ille fœmineum cognoscet concubitum, imo ad hoc erit frigidus.

Regula decimaquarta. Cauda vel Caput cuiuslibet planetæ, cum suus planeta fuerit cum eo, & ipse interfector, lacerabitur corpus illius, dummodo significationes violentæ mortis cum hoc fuerint. Caput & Cauda Lunæ, hoc idem omnibus planetis operantur, sunt enim vniuersales, illi singulares: validius tamen quilibet nodus cum suo planeta operatur.

Regula decimaquinta, Sol & Iupiter, vel eorum alter, cum in septima fuerint: & Saturnus & Mars, vel alter eorum, in medio cœli, dominum ascendens vel ascendens violauerint, vel Lunam, morietur publica morte. Si vero infortuna, in septima, loco Solis & Ionis, solummodo occidetur.

Regula decimasexta, Venus in vna causa, mitigat Saturnum in alia eius prauitatem, & similiter de reliquis tribus coniunctionibus, auget vitia animæ, & minuit infortuna diuitiarum.

Regula decimasextima, Quod quis sciat indicare facilius de vna re, quem de alia, hoc arguit Astrologiæ veritatem. Et scias, quod filij suppositi, & natiuitates falsæ, turbauerunt iudicia omnium Astrologorum, & tertium quod facilius indicant difficultius ad cognoscendum, & ita iudicant temporum status esse faciliores.

CAPVT XII.

De reuolutione mensium, & directionibus annua conuersionis.

Dirigunt multi partes principales in reuolutionibus annuis, dando singulis par-

tium æqualium diem unum, aut paulo plus, & quamuis rationi inniti videatur hoc, propter Solis motum, attamen experimento hæc res non concordat. Ob id etiam considerauimus, quòd & Luna ipsa suam directionem habere debet, in comparatione ad Solem, nam sic computantur menses prægnantium, & Martis ætus variatur. Cum igitur Sol multiplicet partem quam in die pertransit, in di-

Tabula directionum secundum Lunam.

Menses.	dies	dies	Gra.	Dies	Hor.	Minu.
Ianuarus.	31	31	1	2	10	8
Februarius.	59	60	2	4	20	16
Martius.	90	91	3	7	6	24
Aprilis.	120	121	4	9	16	32
Maius.	151	152	5	12	2	40
Iunius.	181	182	6	14	12	48
Iulius.	212	213	7	16	22	56
Augustus.	243	244	8	19	9	4
September.	263	274	9	21	19	20
October.	304	305	10	24	5	12
November.	334	335	20	48	10	40
December.	365	366	30	72	16	0
	communes.	bisextiles.	40	96	21	20
			50	121	2	40
			60	145	8	0
			70	169	13	20
			80	193	18	40
			90	218	0	0
			100	242	5	20

quod pertransit in anno, ita de Luna fieri par est. Luna igitur redit ad congressum Solis in diebus 29. hor. 12. min. 46. secundum Ptolæmeum. Igitur pro quibuslibet partibus 12. mi. 11. sec. 26. quibus elongantur à Sole in die, reuolutio vna firmamenti peragetur, in par. 12. mi. 11. sec. 26. igitur est vis totius cir-

culi, quem Luna peragit in elongando se à Sole, in diebus 29. hor. 12. mi. 46. Igitur sicut cuilibet parti Solis, datur totus circuitus Solis, ita cuilibet parti Lunæ, id est partibus 12. minut. 11. secun. 26. dabimus dies 29. hor. 12. min. 46. circuitum Lunæ, & secundum hoc constituimus tabulam.

Tabula profect. * Tab. profect. D Tab. elong. D

Men.	Dies	Hor.	Min.	Dies	Hor.	Min.	Di.	Hor.	Min.
1	28	2	17	27	7	42	29	12	46
2	56	4	35	54	15	24	59	1	32
3	84	6	52	81	23	6	88	14	18
4	112	9	10	109	6	48	118	3	4
5	140	11	18	136	14	30	147	15	50
6	168	13	45	163	22	12	177	4	36
7	196	16	3	191	5	54	206	17	22
8	224	18	20	218	13	36	236	6	8
9	252	20	38	245	21	18	265	18	54
10	280	22	56	273	5	0	295	7	40
11	309	1	13	300	12	42	324	20	26
12	337	3	31	327	20	24	354	9	12
13	365	5	48	355	4	6	383	21	58

Exemplum. Igitur in quadagesima quinta figura, ascendebat in reuolutione quadagesima prima inchoante, pars 16. Scorpij, &

peruenerat ad ascendens Solis infortunatè quadratum, in vigesima quinta parte Tauri, & non erat auxilium. Locus autem in reuolucione


lutione vitæ dator, cum omnes planetæ præter Saturnum sub terra essent, erat ascendens. Locus maximi infortunij gradus Saturni in genitura, in quadrato Lunæ, & nunc vbi Luna erat, & significabat debilitatem naturalis caloris immensam, cum ibi etiam esset Cauda ascensiones decimæ sextæ par. Scorpij, fuerunt par. 240. min. 32. quindecimæ par. piscium, par. 352. mi. 1. differentia, partes 111. mi. 29. Ingredior tabulam, & inuenio dies 270. hor. 1. mi. 52. quos addo diebus 34. hor. 12. mi. 20. qui sunt ab initio anni vsque ad reuolutionis suæ horam, id est vsque ad diem tertiam Februarij, & fiunt dies 304. hor. 14. mi. 12. quæro in tabula mensium & inuenio quoddam finiturum in prima Nouembris, peractam, in qua mortuus est nec fuit differentia, nisi paucarum horarum, quæ proueniunt propter minuta loci Saturni derelicta.

Et eodem modo in figura vigesima sexta, in reuolutione ascendebat inxta nostram tabulam, 24. pars Leonis, deduxi locum Mercurij infortunij domini, id est 20. partem Libræ ad ascendens, & fuerunt ascensiones 24. partis Leonis 138.0. & 20. par. \ominus 203. min. 12. differentia par. 65. mi. 12. quibus in tabula respondent dies 157. ferme, & tali die se precipitavit in aquam, à die inicij reuolutionis. Natus enim est, & facta reuolutio, inxta tredecimam Septembris, & precipitavit se in decimæ sextæ Februarij, vt patet ex loco planetarum, & maxime Solis. Hinc patet, cur ambo hi fuerint causa suæ mortis, nam vtrique locus interficiens erat in ipso ascendente, manifestissime tamen in hoc socio Hali, quia Mercurius interfector erat in ipsa parte ascendentis ad vnguem. Causa enim quæ sumitur ex signo, est fabulosa. Multi enim se ipsos interfecerunt, cum tamen hoc sit rarissimum. Et direxi hic ascendens, quia luminaria & omnes ferme planetæ, hora reuolutionis fuerunt sub terra, vt patet ibi in expositione figuræ.

Rursus in nostra genitura, in 7. annis completis, peruenit quadratum Saturni ad Lunam, tunc ascendit nona pars 3 & 12. min. 4. & fuit Mars in duodecima, in par. 4. mi. 33. Lunam aspiciens ex sextili, direxi eius oppositum ad ascendens, & peruenit ad ipsum in partibus æqualibus 131. mi. 24. quibus respondent dies 317. hor. 7. mi. 28. quæ computatæ à die 24. Septembris hor. 0. mi. 38. à te meridie, finiuntur in 9. diem Augusti, in qua incepit morbus, qui me perduxit vsque ad extremum. Et iam dixi, quando significatur extremum, aut initium in morbo, & non accipi quadratum Martis, quia ibi non fuerunt radij Lunæ infelicis, sed potius sextilis Veneris, domina ascendentis genituræ, nec accipi oppositum Lunæ, quia ibi non erat radius malus


Martis.

* * *



Loca principalia hora natiuitatis.


Ascend. Saturn. Caud. Luna, Iupit. Mars, Venus, Merc. Sol. 15) (15) (20) (10 H. 3 22 11 11. 23 22 21 22 25 22.



In reuolutionibus vero annuis, cum illas per menses distribuere conamur, quatuor modi inueniuntur. Primus, vt in tredecim æquales partes annus diuidatur, secundum quam rationem Ptolæmæus diiudicat. Existimoque Ferrariensium illum, ni fallor Iacobum Mariam, prædixisse mortem olim ac genus & horam cum die, illustri viro Iacobo Piccino, nec vel vngue aberrauit. Nam iussu Ferrandi Regis Arragonum à spiculatore occisus est confluximus, autem Pro hoc tabulam primam. Alio modo diuiditur annus per Lunæ reuolutiones: nam & ipsa diés omnes indicatorios eo motu ad 20. vsque gubernat. Tertius modus est per menses congressus, id est distantia à Solè, atque pro his duas alias tabulas adieci. Quartus modus erat Ægyptiorum, reditum Solis per verum motum ad similem partem in sequente signo considerantium, huic ex Ephemeride citra tabulas satisfaciunt.

Horum modorum, quo ad vitam, validior est, qui fit per reuolutionem in congressu, sicut apparet experienti. Sumendus est autem hic mensis directionis ratio, & in eo Luna est combusta, & in quadrato Iouis & Saturni oppositorum, & in trino Martis cadentis, & ipsa cadens, & in sexta. Et Mars venerat ad oppositum loci Mercurij, in reuolutione anni, cui coniunctus erat, & Saturnus ad oppositum Solis, id est loci genituræ.


Et



Et cum aggregantur multa infortunia, significant celere mortem. Cum igitur Luna peruenit ad oppositum Saturni, secunda die Nouembris. hora secunda, noctis exquisitæ, mortuus est. Manifestum est igitur, quod qui abscindit, à natiuitate, à reuolutione anni, à mensē, ab hora mortis, est vnus & idem, scilicet Saturnus, Lunam ipsam infortunans.

Loci principales hora genituræ.

Ascendens Iup. Luna, Mars, Venus, Capri. Sol, Merc. Saturn, 28. 8. 12. 6. 2. 6. 15. 11. 1. 11. 1. 1. 9. 11. 0. 11. 15. 22.



Aliud exemplum, in quo mortuus est ille, cuius fuit figura septuagesima tertia, dum Sol ad quadratum suum, & Mercurij peruenit, in 29. Leonis partem, directione conuersa, & quod occidit in reuolutione, est Mars, Solem de quadrato aspiciens, & Iupiter à Mercurio infortunatus, ad Lunam radios sextiles tendens, cum Venus à Saturno infortunium patiatur. Direxi igitur ad Solem oppositum horum, cum essent combusti omnes: & peruenit ad eam octaua pars geminorum, in partibus æqualibus 146. minut. 0. & ideo per tabellam directionum reuolutionum in diebus 353. hor. 15. minut. 28. quibus addo dies reuolutionis 316. minutis horis 5. mi. 14. & habeo adiecto anno bifextili, dies 303. hor. 10. mi. 14. qui terminantur in vigesimam nonam diem Octobris, hor. 10. post meridiem, & sic mortuus est illa die secunda hora noctis, horis scilicet 4. minus his quæ dictæ sunt. Sed iam ad reuolutionem veniamus,

Tom. V.

necessè enim sapius ægrotasse illum eo anno, cum peruenit Sol ad quadratum Iouis in piscibus, sed ibi non erat dominium Mercurij occisoris in genitura, sed Iouis, & ideo non interfecit. Et si dicas, quomodo 8. pars geminorum potest occidere: dico quod illa, cum peruenit ad locum, virtute Lunæ ei impressa, vbi Sol vitæ vestigium (cum esset illius significator tam in genitura quàm in reuolutione) reliquit, non potest vim eam suscipere. Sed iam manifestum est, quod in vltimo mense lunari mortuus est, Addo igitur ad tempus reuolutionis, quod est dies 315. hor. 18. mi. 46. dies 324. hor. 20. mi. 26. qui sunt proximo minores, dierum 353. hor. 15. mi. 28. quibus debuit mori, & sunt dies 640. hor. 15. mi. 12. à quibus abiecto anno bifextili, relinquuntur dies 274. hor. 15. mi. 12. vnde mensis incipit in calendis Octobris, hor. 15. mi. 12. post meridiem. In hac igitur Luna & ascendens à Venere infortunata, & Saturno infortunatur. Nullus est planeta, præter hos supra terram. Cum igitur Luna rediit ad locum quadratum Saturni, & proprium, diē vigesima nona, vt dixi, hora sexta post meridiem, ad vnguem mortuus est.

CAPVT XIII.

De regulis ad hac scienda necessariis.

Sed hic dubitabit aliquis, quoniam si sic esset, omnes homines in congressibus Lunæ, cum planetis morerentur: tum pauci in Solis quorum neutrum est verum: quidem intelligere oportet, non ad planetam, sed ad locum reueri Lunam in: Saturno autem ac fixis ob motus tarditatem, tum in his, qui prius retro post directe aguntur, accidit: tum etiam si contra: ac in Ioue: dum lente mouetur, locum eundem esse, dum ei Luna applicat, in initio mensis, & cum moritur, in alijs autem non. vnde contingit aliquos Luna vacua cursu existente, mori. Hi vero, quibus contingit vt in initio mensis Luna applicaret directo planetæ: cum autem denno congregitur retro pedanti, iam perfecta conjunctione mors sequitur. Quod autem de conjunctione dixi: de omni radiatione dictum esse volo. In Sole autem alia causa est, nam quibuscunque calor deficit naturalis, aut qui debilitati ex priore directione moriuntur, aut qui ex Mercurio vel Venere omnes in radiationibus Solis pereunt: indicio est non ob Solem, cum pauci iuxta horam radiationis moriantur, sed dum Luna abest tribus aut quatuor partibus, quo & si alius planeta ibi radios mittat, hoc etiam Soli tribuitur argumentum est igitur hoc nostræ opinionis, quod in congressibus occidat.

Rursus, cum congressus Solis manifeste immuret, omnis mensis ab eo initium sumet non autem ab elongatione æquali Lunæ ab ipso Sole. Iam & istud scire decet, immutari corpora in congressibus Solis, sed tamen iudicium tunc sumendum non est, quia illi non est proprium: mutantur tamen plures eadem causa, quæ prius dicta est: debiles, & qui

C C c a

à Mercurio quasi semper, à Venere plerumque, ab aliorum radiis quinque, à continente, quod luminarium congressibus immutatur, validius igitur cuique sui mensis initium. Accedit alia dubitatio, nam si elongationibus vim aliquam inesse confitemur, cum tamen sint in categoria eius, quo ad aliud comparatur, nec actionis principia. Ob id enim partes negauimus, at nos elongationis principium naturale admittimus, æqualis enim motus in Luna rationem obseruat ad Solem, tum reliquorum omnium planetarum, vt etiam propinquiora sunt sydera Soli, eo minus erga nos lumen excipitur: in se autem maius, & in superioribus utroque modo, pro luminis autem quantitate agunt. Est & alia causa, quoniam in partibus sumitur geminata hæc elongatio: quæ ad aliud refertur, cum ab ascendente proiciatur. Videtur etiam exemplum hoc vltimum nõ satis exquisitum, sed à ratione alienum, cum directionem alio modo sumamus. Illud igitur minime prætereundum, eos qui longo aliquo & minime curabili morbo detinentur, omnes etiam sine directione mori solere, vt si podagra, fluxu, tabe, ardore vrinæ, sanguinis spuro, subiiciantur. Directio autem necessaria fuit in aduentu morbi: non autem principalis vitæ significatoris. Quinque enim sunt quæ nunquam ex toto, à vitæ significato aboluuntur, sed semper dirigi debent: Sol, Luna, Ascendens, dispositior, & dominus ascendens, sed tria prima magnam semper vim retinent. Illud etiam non ignorandum, quod quemadmodum in rebus naturalibus adeo debilis est quandoque vitæ significator, vt ad certos annos tantum vitam validam tribuat, succedentibus autem debilibus: & hoc est quod alij annos planetis aspicientibus frustra statuerunt maiores, medios, & minores. Si igitur (gratia exempli) in cæli corde, Luna vitam præstat validissimam, in duodecima non potest, in vndecimæ initio, medium præstat robur, in eius medio, quartam partem vitium vitæ. Corroboratur autem ab aspicientibus planetis, atque in his non eclipicæ partes, sed horarum obseruabis, veluti in nostra genitura. Luna à cæli corde 30. minutis distat, 20. mi. possidet duodecima domus: tota distans igitur vitalis roboris est, 40. mi. habet igitur quartam partem, aut paulo etiam minus, ob initium quinque partium duodecimæ domus, quæ vndecimæ adnumerantur. Recipit autem à Marte, ac Iouè, tantundem ferme, eo magis, quod Mars sola res radios defert. Illud autem non est prætereundum quod diligenter in vltimo exemplo obseruabimus, velut & quotidie videmus in continente validas constitutiones corpora morbo languida enecare, etiam si bonæ sint. Luna enim quæ sano & iuueni vitæ robur & incolumitatem promississet, velut & validum in hyeme frigus, hic languido & iam senescenti mortem adfert. Consideranda etiam sunt, quæ inter promissorem & significatorem sunt media, nam radij infortunarum & inimicorum vitæ, vt domini septimæ, vel loci Saturni, debilitant vitam, & quanquam non propius tunc occidant, morbos tamen pariunt,

fic vt aliqua succedente reuolutione, antequam radij perueniant occidentis planetæ ad significatorem, moriantur. Neque illud etiam negligere oportet, in his quæ sensim occidunt, non expectari quandoque exactum concursum promittentis mortem: sed effectum accelerari, supplete reuolutione. vel debilitate corporis iam contracta, vel radiis malis intermediis, vel concursu malorum cum alio vitæ significatore.

CAPVT XIV.

De projectionibus.

AD exactam vero rerum cognitionem futurarum, projectiones diligentissime obseruare oportet. Sunt autem projectiones, quotiescunque planeta tantum ab alio distat, per æquales partes, quantum alius ab alio, vel loco principali. Exemplum habes in genitura octuagesima, nam tantum distat cæli cor, à sextili Solis, quantum Iupiter à Sole. Cum igitur Solis sextilis ad cor cæli peruenit, Sol ad Iouem applicat, vnde dignitas cum opibus habetur. Hæc igitur concordia duorum magna est, trium maior, si in eodem genere fuerint, atque sic deinceps: vnde, cum planeta alteri applicans latrocinium significat, alius autem mortem publicam eodem tempore, iam clare ille plectetur publica morte: si autem post tempus, iam non addè hæc est firmum. Si autem, quæ vno tempore conueniunt contraria sunt, effectus apparebit leuis. Si autem dissidentia, vt coniugium, & iter, iam aliàs diximus, quid significet. In omnibus igitur Solis ac Lunæ cum radiis planetarum, congressibus, tunc etiam ascendens vel Iouis, vel vitæ dispositoris, totidem æquales partes proiice secundum horas temporarias locorum principalium ab vnoquoque illorum, & loci qualitatem considera.

Ex hoc satis manifestum est coniunctionem planetarum duabus causis in eadem parte plurimum posse, tum quia illorum vires iungit, tum quia tempora non solum ipsorum, sed & omnium radiorum in vnum conueniunt. Proxima igitur est coniunctioni, oppositio, nam dum planeta vnus parti vni applicat, etiam oppositus oppositæ, & radius oppositus eidem, at hoc non semper, eandem vires habet: quoniam contingit in vna parte esse radium erraticæ, aut fixæ, at in opposita minime, quare solum vires tunc retinet aliorum aspectuum, scilicet vt dum planeta applicat loco vni, etiam necessario alterius radij applicant, qui super planetam ceciderunt. Oppositio igitur, coniunctionis quandoque, quandoque quadrati, aut trigoni vires habet, scilicet duplicatas, cum simplex planetæ applicatio, simplices vires habeat. Sed cum planetæ eisdem locis, aut similibus iunguntur, eodem tempore, tunc effectus quidem iungunt, vires nequaquam. Octo igitur vires habet coniunctio, & oppositio, cum coniunctioni assimilatur. Quadrata radiatio, & trigona, & sextilis, & oppositio, cum his
affini

assimilatur, quatuor, duos habet concursus in eodem tempore duorum promissorum ad suos significatores eiusdem generis, cum significatores non se inuicem, nec promissores aspexerint simplicem, cum solis soli tunc applicat. Augentur autem hæc decreta, vel minuuntur, ratione planetarum, & virium illorum, in suo orbe, vel in mundo, vel in signifero, vel ratione reuolutionis, vel ratione potestatis in loco, vel ratione vitium aspectus: nam quadrata radiatio, est validior trigona, vel ratione exquisitæ radiationis in longitudine & latitudine, vel ratione alterius planetæ. Manifestum est igitur, quod in ratione temporum planetæ vel radij erunt iuncti, & tamen distabunt ferè duabus partibus ex ecliptica, vt cum fuerint in occidente, in signis longarum ascensionum, vel in oriente, in signis breuium. Alij autem iuncti non erunt, quoad tempora, sed solum quoad vires, quammis in eadem sint parte, vt cum in oriente fuerint in signis longarum

aut in occidente, in signis breuium ascensionum. In quibusdam autem, vt dictum est, locus, in aliis centrum planetæ, in aliis corpus etiam, lumen autem præparat & initium præbet effectus successuri. In omni igitur coniunctione planetarum, quæ est in eadem parte, & secundum eadem tempora, magnos & egregios & frequentes effectus in illius vita iuxta hominis conditionem, expectare oportet. Si verò corpore iuncti in eadem parte fuerint, & non secundum eadem tempora, magnus vir erit, sed non adeo egregios actus perficiet. At si tempora conuocot, non sint autem in eadem parte, magna assequatur, sed ipse non adeo egregius erit. Multum autem iuuat, si directiones in eandem reuolutionem inciderint. Quæ autem de planetis dicta sunt, eodem modo vera erunt si vel cum fixis, aut cum nodis, vel in cœlicorde, vel in parte Horoscopi, vel coniunctionis fuerint, eo minora tamen, atque obscuriora, quantò hæc vires planetis inferiores habent.

